

nuda forent, oculis appareant. Nuda certè appellat Horatius lib. 1, quæ eo velamine teguntur.

Altera nil obstat Cois tibi; penè videre est Ut nudam.

Sed mihi sensus est magis expeditus et planè obvius, allatos esse Salomoni equos ex Ægypto et Coa, tum quia id primùm offert vulgata translatio; tum quia præterea non apparet hic gravis ulla ratio, propter quam tenuium harum vestium historicus sacer meminisse debuerit. Sed ubi gentium sit Coa, prorsus ignotum. Abulensis q. 15, insulam esse putat in Græciâ, ex quâ in navibus in Hierosolymam transportarentur equi. Nec deest, qui putet esse Goam Lusitanici imperii in Oriente caput. Sed sanè difficilis esset et sumptuosa vectura, è regionibus illis usque adè remotis. Quare regionem esse opinor vicinam Palæstino cælo: quæ tamen illa sit, apud probatum aliquem auctorem non invenio; aliorum cogitationes video, à quibus referendis absteo, quia neque in antiquitate fundamentum cerno, neque divinare libet in re, cujus vel tenue vestigium non apparet.

VERS. 29. — EGREDIEBATUR AUTEM QUADRIGA EX ÆGYPTO SEXCENTIS SICLIS ARGENTI, ET EQUUS CENTUM QUINQUAGINTA. Hoc erat pretium, quod pro singulis equis pendebat Salomon, centum videlicet, et quinquaginta siclos, quæ summa replicata quater sexcentos efficiebat argenti siclos, quibus singulæ emebantur quadrigæ, id est, equi quaterni, qui ad unum jugum adigebantur; sumitur enim quadriga pro equorum numero, quibus ipsa trahitur, idque apud Latinos non rarè. Columel. lib. 3, 6: « Unde sacrorum certaminum studiosi perniciosissimarum quadrigarum semina diligenti observatione custodiunt, et spem futurarum concipiunt victoriarum, propagata sobole generosi »

CAPUT XI.

1. Rex autem Salomon adamavit mulieres alienigenas multas, filiam quoque Pharaonis, et Moabitidas et Ammonitidas, Idumæas, et Sidonias, et Hethæas,

2. De gentibus super quibus dixit Dominus filiis Israel: Non ingrediemini ad eas, neque de illis ingredientur ad vestras; certissimè enim avertent corda vestra ut sequamini deos earum. His itaque copulatus est Salomon ardentissimo amore;

3. Fueruntque ei uxores quasi reginæ

« armenti. » Neque novum est apud Latinos, ut jugum unum pro duobus sumatur equis, aut bobus, quia jugum unum duo subeunt; et equi dicantur bijuges, aut quadrijuges, licet nunquam sub jugum coacti, aut soluti fuerant à jugo, quia illi ad jugum unum destinati sunt. Quare non emebatur sexcentis siclis currus simul cum quatuor equis; sed quatuor tantùm equi pro uno jugo, aut unâ quadrigâ trahendâ.

ATQUE IN HUNC MODUM CUNCTI REGES HETHÆORUM (1) ET SYRIÆ EQUOS VENUNDABANT. Eodem pretio, quo ex Ægypto exportabantur equi, accersebantur etiam ex Syriâ, et Hethæorum regione, quos, qui in eo loco principes erant, eadem conditione venundabant. Ex quo quis intelliget non esse ex Ægypto equos ad Salomonem adductos, ut rursus exponeret venales, et quæstuarium artem exerceret, quando à vicinis populis emebat, quibus potius impenderet, quàm ab illis acciperet ignobile illud et mercatorium lucrum. Hoc clariùs lib. 2 Par. c. 1, v. 17: *Similiter de universis regnis Hethæorum, et à regibus Syriæ emptio celebrabatur.*

(1) Sed quæ regio hæc Hethæorum? Scimus utique, Hethæos olim, regionem terræ promissæ tenentes, è sedibus suis depulsos fuisse; quare nullus ex eâ gente rex esse poterat, præsertim sub Salomone, qui Chananæorum reliquias omnes in servitutem redegerat. Legimus in libro Judicum 1, 26, virum quemdam è Bethel sese recepisse in regionem Hethæorum, ibique condidisse urbem Luzam, eandem faciliè cum *Lusa*, vel *Lussa* in Arabiâ. Maluerim ego tamen, Hethæos istos et Syros constituere in Syriâ, ultra Libanum. Chananæos nonnullos Coelesyriam tenuisse constat; qui faciliè genus referebant ex Hethæis, parebantque regibus suis, tributo obnoxii, et subditis Salomoni. Porrò ii reges equos eadem lege, ac Pharaon vendebant. Adjunxerat sibi rex Salomon uxores Hethæas, ut ex capite sequenti constat; et sub Joramo rege Israelis, reges erant Hethæi, validi, et regibus Syriæ infesti. (Calmet.)

CHAPITRE XI.

1. Cependant leroi Salomon aima passionnément plusieurs femmes étrangères, outre la fille de Pharaon, des femmes de Moab et d'Ammon, des femmes d'Idumée, de Sidon et du pays des Héthéens,

2. Qui étaient toutes des nations dont le Seigneur avait dit aux enfants d'Israël: Vous ne prendrez point pour vous des femmes de ces pays-là, et vos filles n'en épouseront point des hommes; car ils vous pervertiraient le cœur très-certainement, pour vous faire adorer leurs dieux. Salomon s'attacha donc à ces femmes d'un ardent amour.

septingentæ et concubinæ trecentæ. Et averterunt mulieres cor ejus:

4. Cùmque jam esset senex, depravatum est cor ejus per mulieres, ut sequeretur deos alienos; nec erat cor ejus perfectum cum Domino Deo suo, sicut cor David patris ejus;

5. Sed colebat Salomon Astarthen, deam Sidoniorum, et Moloch, idolum Ammonitarum.

6. Fecitque Salomon quod non placuerat coram Domino, et non adimplevit ut sequeretur Dominum sicut David pater ejus.

7. Tunc ædificavit Salomon fanum Chamos, idolo Moab, in monte qui est contra Jerusalem, et Moloch, idolo filiorum Ammon;

8. Atque in hunc modum fecit universis uxoribus suis alienigenis, quæ adolebant thura et immolabant diis suis.

9. Igitur iratus est Dominus Salomoni quòd aversa esset mens ejus à Domino Deo Israel, qui apparuerat ei secundò,

10. Et præceperat de verbo hoc ne sequeretur deos alienos, et non custodivisset quæ mandavit ei Dominus.

11. Dixit itaque Dominus Salomoni: Quia habuisti hoc apud te, et non custodisti pactum meum et præcepta mea quæ mandavi tibi, dirumpens scindam regnum tuum, et dabo illud servo tuo.

12. Verùm tamen in diebus tuis non faciam, propter David patrem tuum; de manu filii tui scindam illud.

13. Nec totum regnum auferam, sed tribum unam dabo filio tuo, propter David servum meum et Jerusalem, quam elegi.

14. Suscitavit autem Dominus adversarium Salomoni Adad Idumæum, de semine regio qui erat in Edom.

15. Cùm enim esset David in Idumæâ, et ascendisset Joab princeps militiæ ad sepeliendum eos qui fuerant interfecti, et occidisset omne masculinum in Idumæâ,

16. (Sex enim mensibus ibi moratus est Joab et omnis Israel, donec interiret omne masculinum in Idumæâ),

17. Fugit Adad ipse, et viri Idumæi de

3. Et il eut sept cents femmes qui étaient comme des reines, et trois cents qui étaient comme ses concubines. Et les femmes lui pervertirent le cœur.

4. Il était déjà vieux lorsque les femmes lui corrompirent le cœur pour lui faire suivre des dieux étrangers; et dans son âge avancé son cœur n'était point parfait devant le Seigneur, son Dieu, comme avait été le cœur de David, son père.

5. Mais Salomon adorait Astarthé, déesse des Sidoniens, et Moloch, l'idole des Ammonites

6. Et Salomon fit ce qui n'était point agréable au Seigneur, et ne suivit point le Seigneur parfaitement, comme avait fait David, son père;

7. Car, en ce même temps, Salomon bâtit un temple à Chamos, idole des Moabites, sur la montagne qui était vis-à-vis de Jérusalem, et à Moloch, l'idole des enfants d'Ammon.

8. Et il fit la même chose pour toutes ses femmes étrangères, qui brûlaient de l'encens et sacrifiaient à leurs dieux.

9. Le Seigneur se mit donc en colère contre Salomon de ce que son esprit s'était détourné du Seigneur, Dieu d'Israël, qui lui avait apparu par deux fois,

10. Et lui avait défendu expressément de suivre les dieux étrangers; et de ce qu'il n'avait point gardé ce que le Seigneur lui avait commandé.

11. Le Seigneur dit donc à Salomon: Puisque vous avez agi ainsi, et que vous n'avez point gardé mon alliance et les commandements que je vous avais faits, je déchirerai et diviserai votre royaume, et je le donnerai à l'un de vos serviteurs.

12. Je ne le ferai pas néanmoins pendant votre vie, à cause de David, votre père, mais je le diviserai lorsque le royaume sera entre les mains de votre fils.

13. Je ne lui ôterai cependant pas le royaume tout entier; mais j'en donnerai une tribu à votre fils, à cause de David, mon serviteur, et de Jérusalem, que j'ai choisie.

14. Or, le Seigneur suscita pour ennemi à Salomon, Adad, Iduméen, de la race royale, qui était dans Edom.

15. Car, lorsque David était dans l'Idumée, Joab, général de son armée, y vint pour ensevelir ceux qui avaient été tués, et pour tuer tous les mâles dans l'Idumée.

16. Et il y resta six mois avec toute l'armée

servis patris ejus cum eo, ut ingrederetur Ægyptum; erat autem Adad puer parvulus.

18. Cùmque surrexissent de Madian, venerunt in Pharan, tuleruntque secum viros de Pharan, et introierunt Ægyptum ad Pharaonem regem Ægypti; qui dedit ei domum, et cibos constituit, et terram delegavit.

19. Et invenit Adad gratiam coram Pharaone valde, in tantum ut daret ei uxorem, sororem uxoris suæ, germanam Taphnes reginæ.

20. Genuitque ei soror Taphnes Genubath filium, et nutrit eum Taphnes in domo Pharaonis: eratque Genubath habitans apud Pharaonem cum filiis ejus.

21. Cùmque audisset Adad in Ægypto dormivisse David cum patribus suis, et mortuum esse Joab principem militiæ, dixit Pharaoni: Dimitte me, ut vadam in terram meam.

22. Dixitque ei Pharaon: Quâ enim re apud me indiges, ut quæras ire ad terram tuam? At ille respondit: Nullâ; sed obsecro te ut dimittas me.

23. Suscitavit quoque ei Deus adversarium Razon filium Eliada, qui fugerat Adarezer regem Soba, dominum suum;

24. Et congregavit contra eum viros, et factus est princeps latronum cùm interficeret eos David; abieruntque Damascum, et habitaverunt ibi, et constituerunt eum regem in Damasco:

25. Eratque adversarius Israeli cunctis diebus Salomonis. Et hoc est malum Adad et odium contra Israel; regnavitque in Syriâ.

26. Jeroboam quoque filius Nabath, Ephrathæus, de Sareda, servus Salomonis, cujus mater erat nomine Sarva, mulier vidua, levavit manum contra regem.

27. Et hæc est causa rebellionis adversus eum, quia Salomon ædificavit Mello, et coæquavit voraginem Civitatis David patris sui.

28. Erat autem Jeroboam vir fortis et potens; vidensque Salomon adolescentem bonæ indolis et industrium, constituerat

d'Israël, pendant qu'il tuait tous les mâles de l'Idumée.

17. Adad s'enfuit du pays avec des Iduméens, serviteurs de son père, pour se retirer en Égypte; et Adad n'était alors qu'un petit enfant.

18. De Madian ils allèrent à Pharan; et, ayant pris avec eux des gens de Pharan, ils entrèrent en Égypte, et se présentèrent à Pharaon, roi d'Égypte, qui donna une maison à Adad, lui ordonna ce qui était nécessaire pour sa table, et lui assigna une province.

19. Et Adad s'acquit tellement l'affection de Pharaon, qu'il lui fit épouser la propre sœur de la reine Taphnès, sa femme.

20. De cette sœur de la reine, il eut un fils nommé Genubath, que Taphnès nourrit dans la maison de Pharaon; et Genubath demeurait dans le palais de Pharaon avec les enfants du roi.

21. Lorsque Adad eut appris en Égypte que David s'était endormi avec ses pères, et que Joab, général de son armée, était mort, il dit à Pharaon: Laissez-moi aller, afin que je retourne dans mon pays.

22. Pharaon lui dit: Mais qu'est-ce qui vous manque chez moi, pour penser à retourner dans votre pays? Adad lui répondit: Rien ne me manque; mais je vous supplie de me permettre de m'en retourner.

23. Dieu lui suscita aussi pour ennemi Razon, fils d'Eliada, qui s'était enfui d'après d'Adarézzer, roi de Soba, son seigneur, lorsqu'il eut été défait par David,

24. Et qui, rassemblant des gens contre ce prince, était devenu chef de voleurs lorsque David leur faisait la guerre. Etant allés à Damas, ils y habitèrent, et y établirent Razon pour roi.

25. Il fut ennemi d'Israël pendant tout le règne de Salomon, et il laissa Adad héritier de son royaume et de sa haine contre les Israélites. Voilà quelle fut la source des maux qu'Adad causa aux enfants d'Israël et de la haine qu'il avait contre eux. Et il régna en Syrie après la mort de Razon.

26. Jeroboam, fils de Nabath, Ephrathéen, de Sareda, serviteur de Salomon, dont la mère était une femme veuve qui s'appelait Sarva, se souleva aussi contre le roi.

27. Et le sujet de sa révolte contre ce prince vint de ce que Salomon avait bâti Mello, et rempli l'endroit creux et profond qui était dans la Ville de David, son père.

eum præfectum super tributa universæ domûs Joseph.

29. Factum est igitur in tempore illo ut Jeroboam egrederetur de Jerusalem, et inveniret eum Ahias Silonites propheta in viâ, opertus pallio novo; erant autem duo tantum in agro.

30. Apprehendensque Ahias pallium suum novum, quo coopertus erat, scidit in duodecim partes;

31. Et ait ad Jeroboam: Tolle tibi decem scissuras; hæc enim dicit Dominus Deus Israel: Ecce ego scindam regnum de manu Salomonis, et dabo tibi decem tribus.

32. Porro una tribus remanebit ei, propter servum meum David et Jerusalem civitatem, quam elegi ex omnibus tribubus Israel;

33. Eò quòd dereliquerit me, et adorerit Astarthen, deam Sidoniorum, et Chamos, deum Moab, et Moloch, deum filiorum Ammon, et non ambulaverit in viis meis, ut faceret justitiam coram me, et præcepta mea et judicia, sicut David pater ejus.

34. Nec auferam omne regnum de manu ejus, sed ducem ponam eum cunctis diebus vitæ suæ, propter David servum meum quem elegi, qui custodivit mandata mea et præcepta mea;

35. Auferam autem regnum de manu filii ejus, et dabo tibi decem tribus:

36. Filio autem ejus dabo tribum unam, ut remaneat lucerna David servo meo cunctis diebus coram me in Jerusalem civitate, quam elegi, ut esset nomen meum ibi.

37. Te autem assumam, et regnabis super omnia quæ desiderat anima tua, erisque rex super Israel.

38. Si igitur audieris omnia quæ præcepero tibi, et ambulaveris in viis meis, et feceris quod rectum est coram me, custodiens mandata mea et præcepta mea, sicut fecit David servus meus, ero tecum, et ædificabo tibi domum fidelem, quomodò ædificavi David domum, et tradam tibi Israel:

28. Or, Jeroboam était un homme fort et puissant; et Salomon, voyant ce jeune homme intelligent et capable d'affaires, lui avait donné l'intendance des tributs de toute la maison de Joseph.

29. Il arriva en ce même temps que Jeroboam sortit de Jérusalem, et qu'Ahias, Silonite, prophète, ayant sur lui un manteau tout neuf, rencontra Jeroboam dans le chemin: ils n'étaient qu'eux deux dans le champ.

30. Et Ahias, prenant le manteau neuf qu'il avait sur lui, le coupa en douze parts,

31. Et dit à Jeroboam: Prenez dix parts pour vous; car voici ce que me dit le Seigneur Dieu d'Israël: Je diviserai et ôterai le royaume des mains de Salomon, et je vous en donnerai dix tribus;

32. Il lui en demeurera une à cause de David, mon serviteur, et de la ville de Jérusalem, que j'ai choisie d'entre toutes les tribus d'Israël;

33. Parce que Salomon m'a abandonné, et qu'il a adoré Astarthé, déesse des Sidoniens, et Chamos, dieu de Moab, et Moloch, dieu des enfants d'Ammon, et qu'il n'a point marché dans mes voies pour faire ce qui était juste devant moi, et pour accomplir mes préceptes et mes ordonnances, comme David, son père.

34. Je ne retirerai pas néanmoins le royaume de ses mains, mais je le lui laisserai gouverner tout le reste de ses jours, à cause de David, mon serviteur, que j'ai choisi, qui a gardé mes ordonnances et mes préceptes;

35. Mais j'ôterai le royaume d'entre les mains de son fils, et je vous en donnerai dix tribus;

36. Et j'en donnerai une à son fils, afin qu'il reste toujours à mon serviteur David une lampe qui luise devant moi dans la ville de Jérusalem, que j'ai choisie, afin que mon nom y soit honoré.

37. Mais pour vous, je vous prendrai, et vous régnerez sur tout ce que votre âme désire, et vous serez roi dans Israël.

38. Si vous écoutez donc tout ce que je vous ordonne; si vous marchez dans mes voies, et que vous fassiez ce qui est juste et droit devant mes yeux, en gardant mes ordonnances et mes préceptes, comme a fait David, mon serviteur, je serai avec vous, je vous ferai une maison stable et fidèle, comme j'en ai fait une à mon serviteur David, et je vous confierai le royaume d'Israël;

39. Et affligam semen David super hoc, verumtamen non cunctis diebus.

40. Voluit ergo Salomon interficere Jeroboam; qui surrexit, et aufugit in Ægyptum ad Sesac regem Ægypti, et fuit in Ægypto usque ad mortem Salomonis.

41. Reliquum autem verborum Salomonis, et omnia quæ fecit, et sapientia ejus, ecce universa scripta sunt in libro Verborum dierum Salomonis.

42. Dies autem quos regnavit Salomon in Jerusalem super omne Israel quadraginta anni sunt,

43. Dormivitque Salomon cum patribus suis; et sepultus est in Civitate David patris sui. Regnavitque Roboam filius ejus pro eo.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — REX AUTEM SALOMON ADAMAVIT MULIERES ALIENIGENAS MULTAS. Vitæ hæc hactenus sanctè et cum dignitate transactæ, successit ad extremum infelix atque omnem in modum misera catastrophe. Excepit enim sapientem et religiosam juventutem delira, irreligiosa, et in omnem intemperantiam profusa, atque adeò execrabilis et perdita senectus. Utrumque statum perquam optimè, eodem, quo hic liber, ordine, brevius tamen complexus est Ecclesiasticus cap. 47, vers. 14. Cùm enim superiora tempora utique meliora exposuisset, ac tandem retulisset, quod in hoc capite habuimus extremum: quantum aurum undecumque locorum, et quantum ornamentorum congersisset, ad extremum addidit: *Inclinasti femora tua mulieribus; potestatem habuisti in corpore tuo; dedisti maculam in gloria tua, et profanasti semen tuum inducere iracundiam ad liberos tuos, et incitari stultitiam tuam.* Amavit enim amore ardentissimo alienigenas feminas ex omnibus regionibus, quæ Israeliticis fines quoquò versùs attingebant, contra quam rem Deus severè præceperat, Exod. 34, v. 16.

De uxorum, pellicum, aut concubinarum numero vix esset res credibilis, nisi Scripturæ sacræ fides docuisset: *Fuerunt, inquit, ei uxores quasi reginæ septingentæ, et concubinæ trecentæ,* quibus omnibus dicitur amore adhæsisse ardentissimo, quod idem propè est, quod ad insaniam usque deperiisse. In his autem pro regio nomine ac majestate alendis quantos sumptus factos esse oportuit? cùm rex naturà suà foret liberalis, et hoc feminarum

39. Et j'affligerai en ce point la race de David, mais non pour toujours.

40. Salomon voulut donc faire mourir Jeroboam, qui s'enfuit en Egypte, vers Sésac, roi de ce pays; et il y demeura jusqu'à la mort de Salomon.

41. Tout le reste des actions de Salomon, tout ce qu'il a fait et tout ce qui regarde sa sagesse, est écrit dans le livre de l'Histoire des jours de Salomon.

42. Le temps pendant lequel il régna dans Jérusalem sur tout Israël, fut de quarante ans.

43. Et Salomon s'endormit avec ses pères, et il fut enseveli en la Ville de David, son père. Et Roboam, son fils, régna en sa place.

genus nimis sit delicatum, neque desit quotidie, quid ab amasiis petat, neque cesset ab importunis precibus, donec tandem extorqueat. Quarum aviditatem et luxum, cùm tot opibus, quas à parente acceperat, aut ipse suâ industriâ atque labore quæsierat, explere non posset, subditis populis tributorum onus imposuit usque adeò grave, ut ampliùs sustineri non posset, atque ideò, cap. 12, clamat populus ad Roboam, cùm primum Salomone defuncto regnum iniiit, ut importabile elevet illud tributi pondus: *Immune, inquit, paululum de imperio patris tui durissimo, et de jugo gravissimo, quod imposuit nobis.* Quæ populorum immanis et barbara vexatio non levis causa fuit, ut Israeliticum divideretur imperium, quod licet filio dominante contigerit, non tamen tam filii superbia, quam patris intemperantia dissecuit. De quo Eccli. cap. 47, ad Salomonem: *Profanasti semen tuum inducere iracundiam ad liberos tuos, et incitari stultitiam tuam, ut faceres imperium tuum bipartitum.*

Inter has feminas, quas thalami voluit esse consortes, numeratur etiam filia Pharaonis: unde suspicari non nemo possit illegitimum fuisse connubium illud, et à lege damnatum, quod tamen esse secùs supra docuimus cap. 3, in principio. Neque credibile est hominum sapientissimum, et datà à Domino legis scientissimum, quique religionis patriæ et esse, et videri vellet studiosus et amans, ambiturum fuisse peregrinas nuptias, nisi id sanctè fieri posse existimaret: alioquin averteret à se multitudinis animos, quod minimè ex usu civi-

fore noverat, in ipsis præcipuè regni primordiis. Cur ergo nunc eodem loco ponitur Pharaonis filia cum his quæ ex Moabitico, Ammonitico, Sidonio atque Idumæo semine prognatæ sunt? Multi multa dicunt; ego ideò hic existimo Ægyptiæ conjugis fieri mentionem, quia, quæ priùs videbatur Hebræorum religionem amplexa, idque artificiosâ quâdam simulatione celaverat, ne regium à se abalienaret animum (neque enim aliter illam potuisset Salomon habere regni, ac thalami sociam). Postea tamen cùm ad thalamum, et regium nomen advocari vidit peregrinas feminas, et peregrinæ religionis amantes, deposuit, quam assumpserat religionis larvam, et patriam religionem professâ, talem se videri voluit externâ specie, qualis interni animi sensu semper fuerat. Quare sicut alias Salomon idololatridas assumere non potuit, sic etiam neque istam retinere in conjugali consortio, ubi primum suam prodidit alienam ab Hebræorum religione mentem.

Hæc mihi videtur non levis causa, cur inter alienigenas, neque idoneas Israelitarum connubio numerari potuerit Pharaonis filia. Aliam adducit Abulensis hic quæst. 5, quia cùm dicitur Salomon coluisse illarum feminarum Deos, quas amaverat, ut Astartem deam Sidoniorum, Chamos Deum Moabitarum, Moloch Ammonitarum; ut ergo significaretur excitasse templa, et instituisse sacra Ægyptiorum diis, Ægyptia etiam inter alias numeratur uxor, quæ ut maximè omnium amabatur, sic etiam potentissima fuit, ut Salomonis subverteret sensus, et ad Ægyptiorum monstra colenda pertraheret. Non igitur accusatur Salomon, quòd uxorem duxerit Ægyptiam, id enim facere potuit, modò alienam religionem abjureret, sed quòd inventam jam non obscuris indicibus falsæ, atque omninò abjuratæ religionis amantem non dimisit, et quia plus satis uxoris illius blandimentis abductus, Ægyptiis monstris divinos exhibuit honores. (1)

VERS. 3. UXORES QUASI REGINÆ SEPTINGENTÆ, ET

(1) VERS. 2. — DE GENTIBUS SUPER QUIBUS DIXIT DOMINUS FILIIS ISRAEL: NON INGREDIEMINI AD EAS. Lex ista extat Exodi 34, 16, loquiturque duntaxat de Chananæis, ut ibidem patet, quales erant Sidoniæ et Hethææ, quare peccavit Salomon contra legem eas ducendo. Alias aliarum gentium feminas in uxores duci lex permittebat Hebræis, dummodò illæ priùs abjuratis idolis ad Deum verum, et religionem Hebræorum converterentur. In hoc quoque peccavit Salomon, quia duxit eas persistentes in suâ idololatriâ; unde ab eis ad idola colenda pertractus est. Ita Abul. (Corn à Lap.)

CONCUBINÆ TRECENTÆ. Regimus de hoc reginarum atque concubinarum discrimine super Cantica ad illud cap. 6: *Sexaginta sunt reginæ, et octoginta concubinæ,* quem locum aliqui, et in his Abulensis loco nuper adducto de Salomone, et hoc tanto uxorum, tamque prodigioso grege capiunt. Reginæ uxores illæ dicuntur, etiamsi à regio splendore procul absint, utpote quæ illis conjugali fœdere conjunctæ, qui reges non sunt. Quæ videlicet solemni, atque præcipuo quodam ritu in virorum manum convenerunt; quæ domesticis curis præsent, quas observat familia tanquam dominas. Quòd verò uxores, quæ dominæ sunt, domuique præsent, vocentur reginæ, indicat in Truculento Plautus scenâ 10, ubi ancillæ quædam captivæ domi suæ dicuntur fuisse reginæ. Hinc illud Plauti proverbiali specie: *Suus rex reginæ placet, sua cuique sponsa sponso.* Ac sidiceret: *Suus rex reginæ, ac sua quoque regina regi placet.*

Concubinæ non sunt hoc loco, et Cantic. 6, sicut neque aliis pluribus Scripturæ locis, quæ impuri quæstus gratiâ pudorem suum alterius libidini prostituunt; sed quæ in casti, atque legitimi tori consuetudinem venerunt; quæ etiam nominantur uxores, licet matresfamilias non sint. Quæ apto ad suam conditionem vocabulo vocari possunt proletariæ, quia tantum propagandæ sobolis gratiâ quæsita sunt. Quare Cicero in Topicis duo uxorum genera constituit. Alterum earum, quæ in viri manum convenerunt, quæ matresfamilias dicuntur. Alterum earum, quæ tantummodò uxores sunt. Hæc verò sunt, quæ hic appellantur concubinæ, Hebr. *pilegues,* quæ vox in Scripturâ aliquando *uxor,* aliquando *concubina* convertitur. Cethura, quæ Gen. 25, uxor dicitur Abraham, eadem 1 Paralipomenon cap. 1, vocatur concubina; et Bala, quæ uxor sæpè dicitur Jacob, concubina vocatur Genes. 35, et quæ Judic. cap. 19, concubina dicitur Levitæ, uxor erat, ut probat mariti nomen et soceri, sæpius in eo capite repetitum, quod tamen locum non haberet, nisi legitimum esset, castumque connubium. Plura nos ad citatum cap. 6 ex Canticis. Unde hæc pauca libavimus. Habuit ergo Salomon septingentas uxores reginas, præcipuas videlicet, et sub præcipuâ quâdam formâ associatas; concubinas trecentas, quæ licet ad illum ordinem et nomen non ascenderent, erant tamen uxores, et quæ ex illis susceperetur soboles, non illegitima. Sicut David 2 Reg. cap. 5, vers 13, habuisse dicitur con-